



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CLXXXVI. Ad Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Conradus de Tierburg IX. Mag. Provinc. in Prussia.*

Congrato itaque magno exercitu frater Conradus de Tierberg Magister & Fratres intraverunt terram Pogefaniæ, & viris sine numero interfectis, vastatâque terra incendio & rapinâ, mulieres & parvulos captos deduxerunt. Dum autem hæc agerentur, tam viri quam mulieres maledixerunt cuidam Sambitæ dicto Bonse, Camerario de territorio Pubeten (a) asserentes, quod ipse hujus nefandi criminis auctor fuisset motivum primum & origo. Hic Bonse voluit habere manifestè duas uxores, & quia fratres hoc prohibuerunt, provocatus in iram, omnes quasi Pruthenos ad Apostosiam incitavit. Unde exigentibus ejus demeritis, morte, quam meruit damnatus.

ANIMADVERSIO.

(a) Ubi olim Sacer fuit lucus. *Vid. Henneb. pag. 350.*

CAP. CLXXXVI.

*Ad Idem.*

Eodem anno, tempore autumnii Fratres iterum armatâ manu intraverunt prædictam terram Pogefaniæ, & vastatâ iterum incendio & rapinâ, captis & occisis omnibus, præter paucos, qui cum familiâ sua versus Lethoviam ad territorium castri Garthe secesserunt ipsam in solitudinem redegerunt.

CAP. CLXXXVII.

*De  
Vastatione terræ Colmensis & territoriorum castrorum Grudens, Insula S. Maria, Sanvirii, Cruceburg, & destructione castri Clementis.*

Hoc